



Fasti Mariani

Brunner, Andreas

Antverpiæ, M.D.C XXX III.

S. Nicolavs Miles. 24. Decembris.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70962](#)

696 *Vitæ Sanctorum.* 24. DEC.

Eois lapillis omnibus chariorem. Itaq;
in hunc amores suos se transtulisse.
Quod si invideret VICTORIA , para-
tam se esse etiam illi hunc conciliare.
His & similibus dictis jam dudum pa-
rili amore VICTORIA in Christum
ferebatur. Quod ergo eum sibi devinci-
ret, misso homine, dotem in paronym-
phos pauperes profundit, & in exilium
acta ad alteras jam nuptias se parat.
Iamq; unica purpura nuptialis deerat.
Bonum factum ! dedit hanc sanguis
pro sposo fuisus, Ex Adone & Adelmo.

S. NICOLAVS MILES.

24. Decembris.

Hanc militum ego periculosisimā
pugnam puto, quam cum castitatis
hoste Amore pugnant. Nam huic suc-
cumbere, quid aliud est, quam triun-
phos suos vendere ? NICOLAO nostro
crede, qui cùm in Bulgaros movit, Ni-
cephori Imp. auspiciis, ecce priusquam
bellum hostis faceret, militi mulier fe-
cit hospitis filia. Ter impetum in castis-
simū fecit ; sed ter NICOLAVS re-
pulit verecundiæ umbone tutus. Pote-
rat ergo ante pugnam victoriam cane-
re, solus ex omni exercitu Nicephori
victor. Etenim sub noctem somnus
NICOLAVM in campum produxit ;
videt stantes utrinq; acies, signa signis
inferri, viros viris concutere, scuta sen-
tis

D E C.
Itaq;
isse,
para-
ciliare
um pa-
ristum
evinci-
anym-
xilium
parat-
leerat.
anguis
delmo-
E S.
issimā
titatis
ic suc-
riuum-
uostro
t, Ni-
quàm
er fe-
castif-
VS re-
Pote-
cane-
phori
nnus
icit;
signis
a sen-
tis

25. DEC. *Vitæ Sanctorum.* 697
tis, pede pedem hærere. Interea aspicit
ex cælestibus Ducibus unum, qui de-
cussatis in crucem pedibus, aleam belli
regebat, & victoriam ex suo arbitrio
dispensabat. Nam cum sinistrū pedem
dexter premebat, Romani; cum sinister
dextro incumbebat, Bulgari vincebant.
Sed & inter cæsorum corpora locum
vacuum videt, auditq; fatalem eum sibi
& commilitonibus suis futurum fuisse,
si Veneri heri palinam cessisset. Somnii
veritatem cum sole dies ostendit, &
strages Romanorum, quibus vincenti-
bus primò, Bulgari ultimò victoriam
extorserunt. Tum enimvero NICOL-
AVS rectius dehinc bellaturus nomē
militiæ religiosæ dedit. In hâc tot tro-
phæa posuit, quot pugnas pugnavit.
Illud nobilissimum omnium est, quod
NICOLAVS de NICOLAO statuit.
Ex Menœis.

NATIVITAS CHRISTI.

25. Decembris.

Euge nox omni die candidior! Vides,
Quæ nullus dies vidit. Surgit, ecce,
non ab undis, sed stipulis Sol meus. Su-
peri tam propè junctam soli quis un-
quam lunam conspexit? yiden' ut è filii
vultu latiores radios mutuetur mater-
nus oculus? Cœcus sum, nisi in hâc
nocte amorem DEI mei video: video,
video in hoc speculo ruborem meum.

Yy Sta-